Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6286
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Lectissimi ne quis forte sit et in nobis dm persecutor: quia mac
festa docuit ratio: impedire salutem esse persequi saluatorem. Nunc
ego de salute anime mee fratri illi gracias ago possum: qui michi
gramat detractorum fratrum venenum. Merito detractores deo
odibiles dicuntur: tanquam persecutores. Quid et is qui exemplo suo
ad remissiorem agendum ceteros prouocat. aut smegdalitate turbat. aut
inquietat curiositate. aut impatientia sua et murmuratione molestat
aut quoquo modo contristat spm dei qui in eis est. scandalisat omnes
de ministeris dicto credentibus meis. Nonne et hic manifeste persequitur
ipsum. Et ergo persecutor et nonne: et crimen longe sit semper a
nobis: obsecro vos dilectissimi be mynnes semper et mites exhibeamus
nos invicem supportantes in omni patientia: et ad id quod melius et
pacificum est adtentiuis prouocantes. Nunc enim seruus sufficit sibi pu
tat non persequi dnm: sed nec obsequi ~~dno~~ dno. Quid habemus
est gratum: si ut non resistit sic nec assistit quidem. Demum si quis
adeo pusillanimis est ut satis sibi reputet nec persecutore esse nec
coadiutore dei: audiat quid ipse loquatur. Qui non est mecum con
me est: et qui non colligit mecum dispergit.